

## 40 CHYMICOR. PRINCIP.

lenus dysentericis porrigit: vt cùm for-  
tè reipsa didicisset, mitius sentiendum  
esse, Hippocrateo oraculo, quod iubet

i. De diæta. nos ὡφθαλμοῖσι πενδέν μάλισται γνώμησι, li-

7. Medic. bens concesserit, & alibi quoq; Ascle-  
local. 6. piadis, Andromachi, & Proxeni con-  
suetudinem secutus, sulphure viuo dy-

spnoeâ, tussi q; veteri exagitatos refocil-  
lärat. Apud Actuarium, Aetium, Myre-  
psicum, & alios frequentes occurserunt ex  
Sulphure ignem non experto antidoti.

At iam decernent alij, haudquaquam po-  
sitost à Galeno limites transiliendos es-  
se, áque sulphuris operosiore præpara-  
tione abstinentias manus: cùm tamen

i. de coma] Syluius, sublimando purgatissimum &  
pos. Med. clementissimum, vt cum Chymicis lo-

quitur, eademq; de causa pretiosum ef-  
fici velit: cuius usum, inquit, non est qd'  
vereare, quorundam imperitorum ex-  
emplo, cum Gal. viuum sulphur impu-  
rissimum diamoro stomatico medica-  
mento, ad digerendum misceat. Si vlcus  
pulmones depascatur, quod saepius fit  
tussis sauitia malum exacerbante, ad  
extergendum & consolidandum nil  
melius, nil præstabilius, ritè parato sul-  
phure